

Nf. 41.  
(1)



JURIS IUDAICI  
CIRCA

STVPRVM

RESPONSIO

EDIDIT

IO. HENR. CALLENBERG

CIO 15CC XXXVI.

\*\*\*\*\*:\*\*\*\*\*

Questio I.

**N**Um stupratori ex hebraeorum disciplina liceat ducenda vitiate femina necessitatem, soluta mulcta, amoliri? Si ad legem mosaicam respiciamus, neque eius virginis, quae persuasione adducta, ab impuro homine se passa est corrumpi, neque illius, cui vis illata fuit, reiicienda ullam stuprator habere videtur libertatem; dummodo pater corruptae virginis matrimonio non repugnet. Quae verba exodi capite XXII. 16. de hoc argumento extant, aliter explicari nequeunt, quam hoc modo: oportere eum, qui verbis puellam ad libidinis obsequium pertraxit, nisi patris obster voluntas, hanc statim sibi matrimonio iungere. Naturalis verborum significatus ordoque hanc poscit explicationem, atque

Questio I. De iure hoc, a *l'Ho* celeberrimo interrogatus, respondi MDCCXXX. die XVII. Iunii.



que huic fauent vetustissimæ iudæorum verfi-  
ones, chaldaicæ, græcæque. Eundem ver-  
borum illorum sensum firmant iudaica com-  
mentaria Abarbanelis, & Jarchi. Hic: *pa-*  
*ciscatur ei*, inquit, *dotem ex præscripto iuris,*  
*quod marito erga uxorem obseruandum est, iu-*  
*betque scribere ipsi contractus matrimonialis in-*  
*strumentum, eamque ducat uxorem.* Abarba-  
nel: *illam, ait, e vestigio ducat uxorem, scripto eî*  
*instrumento circa dotem, virgini debitam.* -- Vo-  
cabulum, מוהר, *dos, eiusdem originis est, ac vox,*  
מהרה, *celeriter.* Considera autem, quam recta iu-  
dicium hoc nitatur ratione: non solet enim ali-  
quis virgini eius conditionis, ut, ipsam, salua di-  
gnitate sua, adscisere in matrimonium possit, per-  
suadere, ut suam finat violari pudicitiam; talem  
enim potius ad matrimonium legitimo modo sibi  
expeteret: sed illis, qui se dignitate quadam  
preditos putant, cum videant cuiuscunque  
fortis puellas, forma præstantes, ac libidine  
incitentur, positum in more est, persuasio-  
ne ad concubitum eas pellicere, promisso ma-  
trimonio: ubi quidem virgo ea mente consen-  
tit, ut a viro honoratiore ducatur: ille vero  
de nulla re minus, quam de hac, cogitat; sed  
in animo habet, libidine expleta, relinque-  
re illam, & de hoc apud alios iuuenes gloria-  
ri. Propterea lege hac præceptum est, ut, qui  
eiusmodi usus est persuasionem, sibi dotet eam,  
ut sua fiat uxor, ducatque, licet ipsa non sit  
sue

מהר ימהרנה יפסוק לה מוהר כמשפט  
איש לאישתו שכותב לה כתובה ושואנה :  
Abarbanel in suo commentario ad hunc locum.



*sua sortis, nec eius pater dederit dotem. Sed a codicis sacri præscripto ad iudaica consuetudinarii iuris documenta digressi, laxiora reperimus principia; utpote quibus virginis persuasæ corruptori libertas relinquitur incundi cum illa matrimonium, reiiciendive eam, multa soluta. Talmudici operis audiamus sanctionem: ab eo, qui virginem vi compressit, multa statim exhibenda est; ab illo autem, qui persuasionem adhibuit, si expellat eam, Ille bibere cogitur ex vase inquinato; sed hic, si velit, expellit. In subiecta gemara hæc ita illustrantur: quomodo de eo, qui persuasit, dici potest, quod expellat? Si expellit, tum uxor eius fuerit? Abaia: dico, ait, tum tribui stupratori læsæ virginis expulsionem, si eam non ducat. Similis doctrine traditio extat alio loco: licet dixerint, is, qui persuasit, si non ducit, ob læsum pudorem, adpersamque maculam, statim solvit multam. - - Obiicit Raba Rabb Aschæ: quum, in definienda persuadentis multa, ad illum locum Deut. XXII. recurrant; discant etiam ex eodem, persuadenti non minus, ac cogenti, qui per vim intulit stuprum, ducendam esse puellam. Verum in lege habetur: doret eam sibi, ut sua fiat uxor: sibi, id est, pro sua voluntate, suoque arbitrio. Quæ vero temeraria, linguæque huius indoli prorsus contraria est explicatio. Maimonides, qui sanctiones talmudicas in ordinem summamque rededit, hæc habet: si persuasa, seu persuasionibus ad velificandum*

*Suoque arbitrio. Talmud. in Seder nasch. tract. de cheruboth p. 39.*



dum iuuenis libidini adducta puella, persuadentis nubere nolit, vel pater ei illam deneget, vel ipse, qui persuasit, eam nolit ducere; hic, multa allata, abit, nec cogitur ad illam ducendam, Quod si vero omnes consentiant, ipseque illam ducat; tum non soluit mulctam, sed scribit ei tabulas, quales aliis virginibus tradi solent.

### Quæstio II.

An Deut. XXII, 28. vim externam intelligendam putent iudæi? Utique; cum in commentariis, tum innumeris aliis locis id extra omnem dubitationem ponitur: in ipsis etiam commemoratis locis ad hunc sensum respici qui libet videbit.

### Quæstio III.

An iuri iudaico conueniat, ut stuprata virgo, licet dissentiant parentes, stupratori nubat? Legi mosaicæ id repugnare clarum est: verum Istorum iudaicorum laxior doctrina plus etiam in hac re permittere videtur. Sui iuris facta virgo, quam libertatem vel ipsa pūbertate acquirit, cum in aliis rebus, nequicquam parentum obstante dissensu, sibi prospicere possit; circa matrimonium ei quoque plus indulgeri, quam aliarum gentium patiuntur leges, admodum probabile est. In talmude dicitur: *pubertas eximit eam, puellam, patris potestati.* Et Maimonides: *quando, inquit, ad pūbertatem peruenit filia, non est amplius patri in eam potestas.*

---

*Virginibus tradi solent.* Dere uxoria, in tr. de puella virgine, c. l. §. 3.

*In talmude dicitur.* Seder nāschim, tr. de chetuboth, p. 39. col. 1.


*In eam potestas.* tr. citat, c. 3. §. 12.




Bd 1216.

S 8

h. c.







Farbkarte #13

B.I.G.

172  
12.

JURIS IUDAICI  
CIRCA  
**STVPRVM**  
RESPONSIO

EDIDIT  
IO. HENR. CALLENBERG  
CIO 15CC XXXVI.  
\*\*\*\*\*:\*\*\*\*\*

Quæstio I.

**N**Um stupratori ex hebraeorum disciplina liceat ducenda vitatae femina necessitatem, soluta mulcta, amoliri? Si ad legem mosaicam respiciamus, neque eius virginis, quæ persuasione adducta, ab impuro homine se passa est corrumpi, neque illius, cui vis illata fuit, reiiciendæ ullam stuprator habere videtur libertatem; dummodo pater corruptæ virginis matrimonio non repugnet. Quæ verba exodi capite XXII. 16. de hoc argumento extant, aliter explicari nequeunt, quam hoc modo: oportere eum, qui verbis puellam ad libidinis obsequium pertraxit, nisi patris obster voluntas, hanc statim sibi matrimonio iungere. Naturalis verborum significatus ordoque hanc poscit explicationem, atque

Quæstio I. De iure hoc, a *18to* celeberrimo interrogatus, respondi MDCCXXX. die XVII. Iunii.

